

## Epithalamia

NVPTIIS HVMANISSIMI,  
PIETATE, ERVDITIONE, MO-  
rumq; integritate ornatissimi Viri  
DN.

M. BASILLII  
ZÖLNERI LIPSIEN-  
SIS, &c. SPONSI,

A C

Honestissimæ & pudicissimæ Matronæ  
ANNÆ,

Clarissimi ac præstantissimi Viri Dn. M. FA-  
BIANI HIPPII B. M. Physices  
olim in inclyta Academia Lipsiensi Pro-  
fessoris pub. relicte Viduæ,  
iterum SPONSÆ;

Consuetâ *Lipsiæ* solennitate ipso VITI die  
Anno 1601. celebrandis,

A B

Amicis & Fautoribus sincero  
animo dicata.

*Michaël Lantzenberger excudebat.*

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA





VOTVM PROPEROCA  
 lamo sincero tamen animo, à Reueren-  
 do & clariss. viro Dn. CONRADO GRASE-  
 RO, Ecclesiae Thoruniensis mini-  
 stro & c. τοῖς νεογράμοι: tran-  
 scriptum.

ותן יהודה את האשה והאור בבר  
 כרתך פרחל וכלארה אשר שתיהו בני אר  
 פורת ישראל יוסיף יהודה עליוכם פרקה  
 על פרקה והיתה אשרת פריתך כפפן  
 פורה בורכתי ביתך ובניכם כשתילי זיתים  
 ושניכם תראו בני בנים ושלום על  
 ישראל אמן :





Εὐχὴ γαμικὴ.



*Q*ue tibi quæq; tuis optas, lectissime Sponse,  
Hæc ego cuncta tuis, hæc tibi cuncta precor:  
Inprimis, tua mens ut Sponse flagret amore,  
Et te Sponsa pio more & amore colat.  
Plurima quin-etiam genialis pignora lecti  
Cunctipotens faciat Vos numerare Deus:  
Det Vobis, usus vitæ quæ postulat, & sit  
Nummis arca gravis, lucidus igne focus:  
Deniq; Vos vitæ saturos saturosq; laborum  
Ducat in Elysiæ regna beata plagæ.

M. Caspar Frisius F.

Αὐτοχέδιασμα γαμοχαρῆς.

**D**Vm Domui BASILI basin, & dum basia SPONSÆ  
Figis amore calens  
SPONSVS; vti Veneris flores Flos vndiq; promat,  
Aspice! quid sibi vult  
Hic veris vultus novus & peramabilis? isthic  
Edocet haud dubiè,  
Quid sit Coniugium; quid Sponsa iugata marito;  
Quidq; sacer Thalamus.

A 2

Con-



Coniugium spinis rosa circumsepta molestis :  
Sed noua Sponsa rosa est,  
Seu spectes cultus animi, vultumq; modestum,  
Siue, quòd ipsa Viro  
Solicito rebus præstat solamen in arctis,  
Quamq; ministrat opem.  
Quid Thalamus? Paliurus is est & origo rosarum,  
Vnde subinde rosæ  
Proueniunt, quæ se longè lateq; per Orbem,  
Non sine flore, ferunt.  
Exhalantq; suum plenæ virtutis odorem  
Hævigenûm Generi.  
Apprecor ; abducatur spinas DEVS intertextas,  
Sit mera vera Tibi  
SPONSA rosa; eaq; toro surgat rosa plurima vestro;  
Totaq; vita rosis  
Vndiq; circumfusa DEO sit grata, sit omnis  
Ceu rosa verna Domus.

*M. Ioannis Försteri Poëta Cæs.  
Theol. Cand. R. S. Sch.*

M. IO.



M. IOAN. SIGLICI  
HALLEN. SAX.

Ad ornatis. Dn. Sponsum, Amicum lectis.  
FAVSTA ACCLAMATIO.

Σώφροσιν δ'φρέανθητι μὲ φρεσὶ τίμιε Γαμβρέ,  
Γαμβρέ, πέπον, μεγάλην σφόδρα χάρηθι χαράν  
ἔνεκά σ' δ'ύκτοτάτης χάρις ἔξελθῆσα Θεοῖο  
ὀλβιοδαιμονίης ἀμφιφεισρέφει).

Αρχομύς μὲν ἔτες κλυτὸν δ'ρητῆρα τέθεικε  
Μνημοσύνης σεκορῶν κυρὸς ὁ Λητοίδης.  
Μεσῆντ' ἴ, πικρῶν ἀνάπαυμ' ἔπιληθον ἀνιῶν,  
ἐκδέχη δ'ύδοκιμον ζύγαμον ἦσθε ἔρας,  
ζύγαμον, ἐγκαταληφθεῖσαν χθὼν ἀμύμονα χήρη  
ἴδει' Ἰππιάδεω ἔμδ' ἔπισάτεω,  
ὠθαλεῖ ὅς μετ' εὐφροσύνης ἀντικρὺ Θεοῖο  
αἶεν Θαριάδεω κίλπω ἐνιδρύμηντ'.

Τῶδε γέρα τῶ χεῖρε κρητῶν ἐπαγάλλεο θεῖω,  
ἠδὲ Θεῶ φρενόθεν, Νυμφίε, τίε χάειν,  
ἔγοσὶ λήγοντ' τείν ἔξοπίσω λυκάβαντ'  
εἰς τ' ἔτ' ἔξέτε σφὴν χαρίσαίτο χάειν.

A 3

VOTVM



V O T V M, F A T V M,

Τῷ Νυμφίῳ βασιλείῳ ὁμοιόπλωτα.

- 1 **F**ata tua, an tua Vota magis felicia mirer,  
Aut Fato aut Voto, Sponse beate, tuo?  
Fata valent, & Vota valent: sed votane fatis,  
An praestant votis fata valore pijs?  
Fata valent! quis fata neget? quis in orbe perennes  
Fatorum influxus, vimq; vicesq; neget?
- 2 Stoica fata nego: Physici sed Fata valoris,  
Quin & Hyperphysici fata vigoris amo.  
Hac in te miror, tantillum tanta per annum  
Fata animo miror terq; quaterq; meo.  
Desino mirari, rimari posse iuuabit  
Id sati & vitæ munus opusq; tuae.
- 3 Iam scio: Nempe tibi Natura soli q; poli q;  
Hoc anno innata prosperitate fauet.  
Plus tamen aeternus Natura hominumq; Creator,  
Plus te, Sponse, fouet, plus tibi, Sponse, fauet.  
Iam sat habes; habuere locum tua Vota; fauorem  
Aeternum plenâ promeruerè fide.
- 4 Fata benigna DEI, NATURAE Fata benigna  
Respondent votis, Sponse colende, tuis.  
Res probat, ipsa fidem facit experientia certam,  
Confirmans notis, quæ cano cunq; notis.  
Te modo muneribus donantq; beantq; petitis  
Phæbus Apollo suis, & Venus alma suis.
- 5 Palmam, Sponse, nouo decoratus honore reportas  
E castoq; toro, Castalioq; Choro.  
Gratulor euentum Voti Fatiq; benignum,  
Gaudeo, Amice, mihi; grator, Amice, tibi.

Ecce



*selecta*  
Ecce verecundis Matrona pudica labellis

Te sibi te socium captat & aptat herum.

6 Te petit ipsa virum; tuq; hanc petis esse maritam,

Te cupit esse suum; tu cupis esse tuam.

Vrit amore sui teneras tibi, Sponse, medullas,

Pectore pleno eadem prurit amore tui.

HANNA TVA est: CHARIS ergo tua est: Idiomate sancto

HANNA suo CHARITVM nomine Numen habet.

7 AGLAIAMne cupis? Cultu indultuq; sacrarum

Virtutum, AGLAIAM, se tibi Sponsa probat.

EYPHROSYNEN mauis? lenimine amoris amarum

Dum fugat: EYPHROSYNEN se tibi Sponsa gerit.

An THALIAM exoptas? socialis flore cubilis

Prolifico, THALIAM se tibi Sponsa dabit.

8 Sed dubitant, & adhuc dubio sub iudice certant,

An Charitum fuerint Numina nuda trium:

TV quid, Amice, putas BASILI, nudamne vel vnā

AGLAIAM, EYPHROSYNEN, vis THALIAMq; tuam?

Solue mihi nodum? nudam tibi corde, simulq;

Corpore vis nudam? sic tibi nuda venit.

9 HANNA venit; CHARIS illa venit TRINVNA, pioq;

Se sociam vitæ spondet amore tua.

Sic FOTVM FATO VOTVM, FATVMq; vicissim

VOTO cerno pio, Numine dante, ratum.

Fata tua, & tua Vota simul felicia miror,

O Fato & Voto, Sponse beate, tuo,

Moris, Honoris, Amoris,

ergo

M. Augustus Iohannis Vogelius

Zittav. Anno c10. 1001. sub ☐ 78

Lipsiæ F.



36 7510 S. D. P.

ET tibi de nuper concesso grator honore,  
Coniugioq; tuo prospera cuncta precor.  
Hunc labor assiduus, virtus, doctrina meretur;  
Hoc venit à solo, cuncta regente, Deo.  
Te genius, pietas, virtus, candorq; fidesq;  
Extulit, & magnum nomen habere facit.  
Siue tuos mores contemplor labe carentes,  
Intueor mentis siue sagacis opes;  
Ex merito tali te iudico nomine dignum:  
Quid dentes acuis perfide MOME tuos?  
Omnia ceu fato, fato & connubia fiunt.  
Fata bona vxorem, non mala Fata ferunt.  
Illa tuo faueant thalamo, precor atq; secudent:  
Adsit suavis EROS; sed procul absit ERIS.  
Pauca precor: sed tu nostris DEVS annue votis,  
Et breuibus votis pondus inesse iube.

M. Zacharias Otto.

F I N I S.





9.

Wk. 281.

Epithal  
 N V P T I I S H V M  
 P I E T A T E , E R V D  
 r u m q ; i n t e g r i t a t e o  
 D N .  
 M . B A S  
 Z Ö L N E R I  
 S I S , & c . S P  
 A C  
 H o n e s t i s s i m æ & p u d i c  
 A N N  
 C l a r i s s i m i a c p r æ s t a n t i s s i m  
 B I A N I H I P P I  
 o l i m i n i n c l y t a A c a d e m  
 f e s s o r i s p u b . r e l i  
 i t e r u m S P O  
 C o n s u e t â Lipsie s o l e n n i t a  
 A n n o 1 6 0 1 . c e l  
 A B  
 A m i c i s & F a u t o r i  
 a n i m o d i c  
 M i c h a e l L a n t z e n b e r g

BIBLIOTHECA  
 PONIICKAV



Handwritten mark in a blue circle: *f/10*

20787

